Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



quod locutus est. Ascendit autem inde he
liseus in bethel. cum que ascenderet puram
pueri pueri egressi sunt de ciuitate et il
ludebant ei dicentes. ascende calue.
ascende calue. qui cum respexisset uidit
eos et maledixit eis in nomine domini
egressi sunt duo ursi de saltu et lacera
uerunt ex eis. quadraginta et duos pu
eros. abiit autem inde in montem car
meli. et inde reuersus est samariam.
oram uero filius achab. III
regnauit super israel in samaria. anno
rum. iosaphat regis iuda. regnauit
que. xii. annis. et fecit malum in oculis
domini. sed non sicut pater eius
et mater. tulit que statuas baal. quas
fecerat pater eius. Verumtamen in peccatis
ieroboam filii nabath qui peccare fecit
israel. adhesit nec recessit ab eis. porro
mesa rex moab. nutriebat pecora
multa et soluebat regi israel centum
milia agnorum. et centum milia ar
ietum cum uellere bus suis. Cum que
mortuus fuisset achab. puaricatus
est fedus quod fecerat cum rege israel.
Egressus est igitur rex ioram in die
illa de samaria et recensuit totum israel.
misit que ad iosaphat regem iuda di
cens. rex moab recessit a me. uei me
cum contra moab ad pelium. qui res
pondit. ascendam. qui meus et tuus
est. populus meus. populus tuus. et equi mi
equi tui. Dixit que. quam uiam ascen
demus. at ille respondit. per desertum
edumee. Profecti sunt igitur rex israel et
rex iuda et rex edom et circumierunt per
uiam septem dierum. nec erat aqua
exercitui et iumentis que sequebantur
eos. dixit que rex israel. heu heu heu con
gregauit nos deus tres reges ut tra
deret in manu moab. et ait iosaphat
est ne hic propheta domini ut deprecem
per eum dominum. et respondit unus
de seruis regis israel. est hic eliseus filius
saphat qui fundebat aquas super ma
nus helie. et ait iosaphat. est apud eum ser
mo domini. descendit que ad eum rex
israel et iosaphat rex iuda. et rex edom. et
dixit eliseus ad regem israel. quid mihi
et tibi rex israel est. uade ad prophetas patris
tui et matris tue. et ait illi rex israel. que
congregauit dominus tres hos reges
ut traderet eos in manu moab. dixit
que ad eum heliseus. viuit dominus ex
ercituum in cuius conspectu sto. quod si non
multum iosaphat regis iuda erubesce
rem nec attendissem quidem te. nec
respexissem nunc ait ad ducate mihi
psaltem. Cum que caneret psaltes facta
est super eum manus domini. et ait hi
dicit dominus. non uidebitis ventum
nec pluuiam. et alueus iste replebitur aqua.
et bibetis uos et familie uere et iumen
ta uestra. parum que hoc est in conspec
tu domini. insuper tradet etiam moab
in manus uras. et percutietis omnem ci
uitatem munitam et omnem urbem
electam et uniuersum lignum fructife
rum succidetis. arcuos que fontes aq
uarum obturabitis. et omnem agrum ex
quem opteris lapidibus. factum est
igitur mane quando sacrificium of
ferri solet. et ecce uenebant per uiam
edom. et repleta est terra aquis. cum uersi
sunt moabite audientes quod ascen
dissent tres reges. ut pugnarent ad
uersus eos. conuocauerunt omnes qui
accincti erant balteo desuper. et stete
runt in finibus. primo que mane surge
tes ortu iam solis. et aduersus aquarum.